BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 75r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



loco cinis holocausti usque ad fauillam consumitur.
cum ita ibi operum bonorum merces redditur. ut labor
omnis ad integrũ consummatur Iuxta illud apocalipsis
scĩ iohannis qui cum de retributione p̃miorũ dixisset.
ecce tabernaculum dĩ cum hominib; et habitauit cũ eis.
et ipsi populus eius erũ. et ipse dn̄s cum eis erit eorum dr̄.
Continuo de abolitione laborũ omniũ subiecit atq; ait.
et absterget dr̄ omnem lacrimã ab oculis eorũ. et mors
ultra ñ erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit.
quia prima abierũ. Et quia cessante operũ labore bo
norũ. ipsa caritas per quã operabantur numquam
cessabit. Immo flagrantior et ardescet. Cum ipse
quem diligimus in aeternum uidebitur. Recte sub
ditur. Ignis aũ in altari semp ardebit. Et paulo post.
Ignis ẽ iste perpetuus. qui numquã deficiet de altari,
Consummato ergo usq; ad fauillam holocausto. Ignis
numquã de altari deficiet. Quia absumto perfecte
omĩ genere laborandi. sola caritas perpetuo numq;
extinguenda flagrabit. Haec de lege holocausti
latius diximus propt̃ leuitas altaris. qui ad suscipien
dos cineres hostiarũ fieri iubebantur. Leuites ergo
cineres scõs suscipiunt. cum fideles quiq; uel exempla
ac sacramenta dominicae passionis ad custodiam sui
piamente retractant. uel ceste exitũ precedentium